Gnalem Providum Balthazarum Piotrowski iuridice clamat et non comparentes ex Regestri ordine ac admissione officij pntis in Termino primo in poena Contumaciae Judtr condixerunt.

Zaleski Lucrum

Super citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem tenoris talis Franciscus Joannes in Kroczow Jesionowski Branscensis etc Capitaneus Vobis Nobilibus Alberto olim Valentini Alberto olim Pauli Stanislao Joanni olim Melchioris Mathiae Andreano olim Joannis Paulo olim Petri Zaleskiem Casimiro Mianowski Barbarae consorti eiusdem Dominae reformatoriali de Zalesie Starawies et Litwa etc haeredibus ex omnibus bonis vris rigore Regio et nostra Capitaneali qua in hac parte fungimur authoritate mandamus Ut in Terminis Querellar ad causarum officij Capitanealis Castrensis Branscensis feria secunda post datam pntis citationis prius et prox in Curia Regia Branscensi cellebran pntr et peremptorie compareatis. Ad instantiam Nobilis Petri olim Joannis Zaleski de ibidem hrdis qui vos citat ideo. Quia vos ex(is)tentes possessores bonorum praefatorum Zalesie Starawies et Litwa eidem Actori sumptus et impensas pro expeditione bellica contra Kosacos fa(cta)s ex bonis superius scriptis per vos possessis qui suo sumptu equis et toto apparatu bellico eandem expeditionem obibat reddere restituere et persolvere non vultis neq curatis in damnum Actoris maximum quod sibi contra vos taxat quingentis Marcas grossorum polonicalium. Citamini itaq ad videndum et audiendum super Vobis et bonis vestris omnibus restitutionem praefatorum sumptuum per Actorem expensorum per officium nostrum decerni et id quod iuris erit et exigentia causae expo. scit stabiri et sententiari, prout Vobis praemissa omnia in Termino advenienti liquidius declarabuntur. Judicialiter sitis responsuri et Terminum attentaturi Datum in Curia Regia Branscensi feria secunda post Dominicam Conductus Paschae proxa Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo. Cuius quidem citationis praeinsertae copiam sigillatam Mtis Regni Glis Providus Joannes Sieklucz ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Zalesie Litwa posuisse et publicasse recognovit. Suprascripta pars Actorea memoratos superius citatos Ad officium praesens Castrense Capitaneale Branscense per Ministerialem Generalem Regni Providum Balthazarum Piotrowski iuridice clamatos et non comparentes ex Regestri ordine ac admissione officij praesentis in lucro suo pro toto Judicialiter condemnavit.